

clericalium secundum ea, quae superius dicta sunt: Episcopus tamen illam non cognoscit tanquam loci Ordinarius, sed tanquam Dominus feudisac proinde non videtur esse locus decreto Concilij in d. 1. 20. quod mandat, ut causa ad forum ecclesiasticum pertinentes coram Ordinarijs locorum cognoscantur, & terminentur, ut ex infra dicendis patebit. Si quaestio est cum altero Ordinario, veluti si castra infeudata sint in diocesi aliena, puta jurisdictionem competentem ecclesiae ratione sui domini directi non prejudicare locorum Ordinarijs in alijs causis ecclesiasticis sive civilibus, sive criminalibus, praeterquam in ijs, quae concernunt feudum, & secundum leges feudales terminanda sunt. Nec suffragatur ecclesiae dominæ feudi decretum Concilij, tum quia loquitur de causis ex sui natura spectantibus ad forum ecclesiasticum, cuiusmodi sunt causae spirituales, vel quasi spirituales, ut declarat Covar. pract. quæst. cap. 35. nu. 2. Maran. 4. part. disp. 1. 3. cum quia forum ecclesiasticum a foro feudali longe distat. Unde sicut ecclesiasticus ratione feudi cognoscit contra laicum; ita laicus contra Clericum feudatarium in questione feudali, ut ostensum est supra num. 10. Tum quia verba potius accipienda sunt simpliciter, quam secundum quid, Bart. in l. hoc legatum ff. de legat. 3. Ergo textus in cap. 20. loquens de Ordinarijs locorum non est intelligendus de habentibus jurisdictionem ordinariam ratione feudi, quae appellatur specialis, & est restricta ad certas causas, maxime cum sit superinducta, & quatenus praedicti Ordinarijs, restringenda ad glos. in Clem. ultim. in ver. Nolimus, de offic. Ordin. Quare hic casus velut omnis relinquatur dispositioni juris communis, & legum consuetudinumque feudaliu.

Non obstat ponderatio dictionis, quomodo loquitur: nam etiam universalis sit, tamen restringitur ad subiectam materiam, & distribuit illos modos, quibus causae ad forum ecclesiasticum pertinere dicuntur, quales non sunt hæc, de quibus agit ad textum in l. si uno, in princ. ff. locat. Cum similibus, ut per Alex. in conf. 35. v. si processu, nu. 10. & 11. lib. 4.

Itaque ad propositum dubium videtur absolute respondendum causas civiles, & criminales ad Ecclesiam Cathedralis spectantes ratione directi domini, quod habet in bonis ab ea in feudum concessis, non comprehendit in decreto dict. cap. 20. sess. 24. Concilij Tridentini: & ita S. Congregatio censuit.

## DE FORO COMPETENTI.

### Cap. Licet, ilsecundo.

SVM MARIVM.

- 1 Clerico in Curia Romana convento non competit declinatoria fori, competit tamen sibi ex causa jus revocandi domum.
- 2 Forum quod sortitur in cuius territorio delinquit, licet alias sit subiectum non sit.

- 3 Locus an attendatur ubi delictum est inchoatum, an ubi est consummatum quoad effectum sortiendi forum.
- 4 Iudex delicti an possit citare extra territorium. & n. 15.
- 5 Forum quod sortitur in loco, ubi contrahit, vel fingitur contraxisse.
- 6 Forum ut quis sortitur ratione contractus qua requirantur. & n. 15. & seq.
- 7 Contrahens cum transeunte quando possit eum venire in loco celebrati contractus.
- 9 Forum domicilij dicitur proprium, & naturalis forum.
- 10 Diocesis appellatio in dubio comprehenditur diocesis domicilij.
- 11 Subiectus proprie non dicitur qui subest potestati delegata.
- 12 Ordinarius domicilij potest procedere contra subditum, licet absentem, & eum citare tam quoad effectum rem concernentes, quam personam.
- 13 Citationis executio non est actus iudicialis, ideo potest per nuntium exerceri, etiam extra territorium.
- 14 Ordinarius domicilij potest contra absentem procedere etiam ad sententiam excommunicationis.
- 15 Ordinarius delicti, vel contractus non potest procedere contra absentem quoad effectum personam concernentes; potest tamen procedere contra bona, si in suo territorio reperiantur, & num. seqq.
- 16 Citatus extra territorium ab Ordinario delicti dicitur contumax, cum non teneatur comparere.
- 17 Iudex contractus non potest absentem directe de debito condemnare, nisi reus esset preventus, vel ibi aliquando comparuisset.
- 18 Iudex contractus potest contrahentes citare extra locum, & diocesim contractus.
- 19 Citatio iudicis contractus non constituit absentem in contumacia, quoad hoc ut possit excommunicari, vel multari, sed tantum quoad hoc, ut possit missionem pati.
- 21 Forum quod sortitur ubi res litigiosa sive illius possessio sita est, sive res sint mobiles, sive immobiles.
- 22 Roma quilibet Clericus, aut etiam laicus in causis ad forum Ecclesiae spectantibus conveniri potest, licet alias ibi specialiter forum non sortiatur.
- 23 Papa est iudex Ordinarius singularium.
- 24 Jus revocandi nomen quid sit, & an reversus teneatur cavere de iurisdictione: & quid observet Roma.
- 25 Clericus an possit in Curia Romana conveniri in prima instantia, non ostendit decreto Concilij Tridentini in c. 20. sess. 24. & n. seq. usque in fin.
- 27 Vagabundi, qui certum domicilium, vel habitationem non habent, sortiantur forum ubi reperiantur.
- 28 Forum sortiendi quinquaginta duo modi numentur a speculatore.
- 29 Papa non solum est Episcopus universalis Ecclesiae, sed etiam Archiepiscopus Urbis Romae, & Romanae Ecclesiae Episcopus.
- 30 Causae, quae secundum Canonice sanctiones in Curia sunt tractandae, & ab Ordinario cognosci non possunt in prima instantia, quae sint, & num. seq. usque in fin.

Causa

- 31 Causae beneficiorum reservatorum sunt cognoscendae apud sedem, & sunt de exceptis a Concilio sive emergant principaliter, & directe, sive incidenter.
- 32 Reservato aliquo casu Papa, consecratur etiam reservata illius cognitio.
- 33 Causae execrative vigore obligationis Cameralis, aut litterarum Apostolicarum non sunt de comprehensis a Concilio in c. 20. sess. 24.
- 34 Causa in prima instantia est cognoscenda in Curia ubi Papa providit de beneficio ut reservato, vel alias, & Ordinarius providit ut de spectante ad suam collationem.
- 35 Concilium Tridentinum in c. 20. sess. 24. nihil imminuit Sedis Apostolicae auctoritatem in causis cognoscendis.
- 36 Causae ad Curiam devolutae semper sunt exceptae decreto cap. 20. verfi. Ab his excipiuntur, sess. 24.
- 37 Causae ad Curiam devolutae quae dicuntur.
- 38 Causa de consensu Episcopi non potest in prima instantia in Curiam introduci, nisi partes etiam consentiant.
- 39 Declaratur.
- 40 Curialis si conveniatur in partibus coram loci Ordinario, an possit opponere declinatoriam, & petere ut causa ad Curiam remittatur, & n. seq. usque in fin.

Quid de iure communi, n. 41.

Et quid vigore Eugeniana, n. 43.

- 41 Actor habet electionem conveniendi reum plures iudices habentem sub quo maluerit iudice.
- 42 In foro domicilij, vel originis, aut contractus, vel delicti an, & quomodo Clericus absens conveniri possit.
- 43 Eugeniana Constitutio eximens Curiales ab Ordinariarum jurisdictione comprehendit tam laicos, quam Clericos.
- 44 Est favorabilis, & pro tutela Curialium.
- 45 Suffragatur residentibus in Curia Romana, non autem venientibus ad eam pro aliquo momentaneo negotio.
- 46 Requiritur residentia saltem per annum.
- 47 Non tenentur Curiales, qui recedunt a Curia animo non redeundi, vel diu extra Curiam morantur.
- 47 Locus non habet si Curialis sit actor, sed tantum si sit reus.
- 48 Clericus in Curia residens non potest reum absentem ad Curiam trahere, sed illius forum sequi debet, ibidem.
- 48 Eugeniana non juvat Curialem, qui intentat remedium l. Diffamari, nisi possideat.
- 49 Item non juvat obtinere beneficia extra Curiam quin ratione illorum beneficiorum conveniri possint coram loci Ordinario.
- Et quid in Reservatis ibidem.
- Item non tenentur Parochi non residentes.
- 51 Eugeniana non tenet Curialem quin possit conveniri in partibus vigore l. Unica, C. Quando Imper. inter pupilli, & vid.
- 52 Constitutio tollens privilegia non tollit clausam in corpore iuris.
- 53 Eugeniana beneficio non gaudet Curialis non opponens in partibus declinatoriam fori ante litteram contestatam.
- 54 Procurator Curialis licet contestando in partibus coram loci Ordinario consecratur illius jurisdictionem prorogare, & excludit principalem a beneficio Eugeniana.

55 Decreto irritanti a partibus renunciari non potest nisi tantum privatam respiciat utilitatem.

**L**ICET. Clerico in Curia Romana convento non competit declinatoria fori, & possit tamen sibi competere jus revocandi domum. Vel licet. Quisque Clericus potest in Curia Romana conveniri, licet alijs specificè forum ibi non sortiat, & habet tamen ex causa jus revocandi domum. Hoc dicit. Dividitur in duas partes. Primò ponit quatuor modos sortiendi forum. Secundò addit quantum cum modificatione, ibi: Quia tamen.

Nota primò ex hac Decretali quatuor modos speciales sortiendi forum. Primus est ratiocinatio delicti: nam in cuius territorio quis delinquit, & ius jurisdictioni subijcitur, licet alias ei subiectus non sit, cap. 1. de raptor. c. placu. l. 7. qu. 3. cap. Postulasti, supra eodem, Auth. Qua in provincia, c. Vbi de crim. ag. opor. cum concord. de quibus hic per glos. 1. & Hostiens. num. 1. An autem inspicitur locus, ubi delictum est inchoatum, an verò locus ubi est consummatum, Joan. Andr. in cap. in obscuris, de reg. jur. lib. 8. in Mercur. tenentur utrobique centeri commissum delictum, & ideo utrumque iudicem posse procedere: & hanc dicit esse communem sententiam Aret. hie num. 7. U ditingue ut per eundem Aret. cuius conclusiones reallum Felin. num. 13. & seq. & vide quod super hoc scriptum in cap. Tuarum, num. 7. & seq. infra, de privi. & an iudex delicti possit citare extra territorium, vide Angel. in sua diff. incip. Bononien. num. 4. ubi relatis, & confutatis quinque opinionibus pro regula existentem extra territorium citantis nec materialiter, nec verbaliter citari posse: & eam limitat sex modis, quos hic prosequitur Felin. num. 1. vers. Tu verò sequere Angelum.

Secundò modus sortiendi forum est ratiocinatio contractus, ut si quis in alieno territorio per se, vel per alium contrahat, vel fingatur contraxisse ratione delicti solutio: nam ibi potest convenire, & accipitur hic contractus non sibi, sed prout esse dicitur ultrocitro; obligatorius, ut emptio, venditio, Societas, iuxta text. in leg. Laqueo, ff. de verb. signif. Sed latissime pro omni materia obligationem producente, etiam obligatio nascatur ex parte unius tantum, ut in leg. Hares absens, & in l. Omne obligationem, ff. de iudic. secundum glos. hic in vers. Ratione contractus, Hostiens. num. 4. Butr. num. 11. & Abb. num. 29.

Adverte tamen, secundum Cynum in leg. Si postquam, c. de evictionibus, quia non omnis contrahens potest conveniri in loco contractus, ut notatur in cap. Romana, §. Centralem, circa princip. hoc tit. lib. 6. sed ita demum si habeat ibi officinam, vel tabernam secundum Archid. & Joan. Andr. vel nisi venisset specialiter pro illo contractu, ut notat Hostiens. in cap. Quod Clericus, supra eodem. Secus si venisset ut mercator, advena, seu viator confestim discessurus, d. l. Hares absens, ff. de iudic.

Abiurdum est enim, ut quotquot locis quis

G 4

navi

navigans, vel iter faciens delatus est, tot locis se defendat, ubi dicitur in §. *Proinde*, & declarat hic Butr. num. 13. & Collectar. num. 4. Itaque conhabens cum transeunte, non potest ibi eum convenire, nisi in duobus casibus. Primus est, quando contrahens ignorabat illum esse advenam, seu viatorem, puta non erat cum calcariabus, seu indumentis viatoris. sed indutus ut alius civis: is ibi enim impuget, qui se viatorem non declaravit.

8 Secundus est, quando implementum contractus debet statim fieri in loco, ubi contrahitur: ut si emas equum à viatore, ut statim tradat non habità fide de tradendo. Ita post Bart. in d. l. *Heres absens*, & Cyn. in l. 1. c. *Vbi de possess. agi oportet*, declarat hic Butr. num. 115. *vers. Hoc dicit verà Bartol.*

9 Tertius modus fortiendi forum est ratione domicilij cap. *Ex parte supra eodem*, l. *Cives*, c. *de incol. lib. 10* cum alijs adductis hic per Innoc. num. 1. in *ver. domicilij*, & hic proprie dicitur esse verus, & naturalis forus Innoc. num. 3. Butr. num. 16. & Felin. num. 23.

10 Hinc appellacione alicujus diocesis in dubio comprehenditur diocesis domicilij, ut notat Compotell. in c. *Nonnulli*, in 4. *glossa de rescript.* & Specul. in *tit. de citat. §. 1. circa princip.* & sic dicit Jo. Andr. se disputat in c. *Statutum*, in *gloss. 5. quæ incipit: Dicebamus, ad fin. de Rescript. in 6.* Hinc etiam appellacione subiecti in dubio venit subiectus ratione domicilij, *gloss. in cap. Nuper*, in *ver. Absolutio de sent. excomm.* & *gloss. in Clem. 1. in ver. Subditus, de foro compet.* quam ibi omnes sequuntur.

Et de diocesi dicitur tantum qui est subditus ratione domicilij. Archid. in cap. *Cum nullus*, in *ver. Parochia, de tempor. ordina. in 6.* Subiectus etiam proprie non dicitur, qui subest potestati delegatæ, ut dicit *gloss. in cap. Pervenit, 7. quæst. 1.* quia tales submissioes sunt secundum quid, & non simpliciter, & naturaliter, sed per accidens; unde solus forus domicilij est verus, & ordinarius forus, ita ut propterea secundum communem opinionem, de qua testatur Abbas num. 41. Ordinarius domicilij non solum possit procedere contra subditum si sit præsens, qui quo casu potest in eum exercere omnimodam jurisdictionem, ut in Clement. *Pastoralis, de re judic.* & in cap. *Cum contingat, supra de offic. Ordin. cap. 1.* & cap. *Cum Episcopus, eodem tit. lib. 6.* & l. *Congruit, de offic. Praesid.* cum similibus: & eum convenire tam pro contractibus alibi gestis, & re alibi lita, quam pro delictis alibi perpetratis, ut in cap. *Delicti, cum ibi notat supra eodem*, & in d. cap. *Cum contingat*, & ibi plenè per Abbatem: Sed etiam si sit absens: nam potest citari per judicem domicilij quoad omnes effectus, scilicet ut procedat contra eum vel ad missionem in possessionem, vel ad condemnationem si status causæ patiat: quia ubicunque sit, ejus subditus remanet, & citatio decernitur in proprio territorio ipsius judicis, licet nuncius exequatur extra territorium: nam illa executio non est actus judicialis; & ideo potest exerceri extra territorium, ut notatur in cap. *Novis, de offic. leg.* & in c. *Romana, §. Contrahentes, de foro compet. lib. 6.* & tenent Holtiens. & Joann. Andr. in cap. 7. *de rator.*

11 Quoad effectus, aut res concernentes bene possit citari, & in contumaciam constitui, & missionem pati, dummodo tamen res in loco inchoati contractus, ut dictum est supra in delictis.

12 Idem tenet hic Collectar. num. 5, dicens, jurisdictionem contractus posse contrahens citare extra locum, & diocesim contractus, quia citare est jurisdictionis voluntariae, cap. *Præterea, de dilatione*. Et ea quæ sunt voluntariae jurisdictionis, judex potest extra territorium exercere, ut notatur in c. *Novis, de offic. legati*. Verum tamen hujusmodi citatio non est efficaciæ ad constituendam citatum in contumacia si non compareat quoad hoc, ut judex citans ad excommunicationem, multam, vel aliam penam possit contra eum procedere, sed missionem facere poterit, ut expressè habetur in d. c. *Contra habentes*, ubi hoc tenet Joann. Andr. secundum eum.

13 Quartus modus specialis fortiendi forum est ratione rei: nam ubi res est litigiosa, aut illius possessio lita est ut hic dicitur, ibi quis potest conveniri, ut c. *Vbi rem agitur, per tot.* cap. *Sanè*, & cap. *Ex parte, supra eod.* live res sit mobilis, live immobilis, leg. *Quod legatur, ff. de iudic. secundum Innoc. hic num. 2. in ver. Rei*, & Holt. in eodem *ver. num. 5.*

14 Quæ autem requiratur ad hoc, ut altero ex prædictis quatuor modis quis forum fortiat, singulatim explicantur Butr. & Abb. exponendo

14 Quinimo potest Ordinarius domicilij contra absentem procedere etiam ad sententiam excommunicationis, ut contra Paul. de Leaz. & Calder. tenet hic Joan. de Lign. & Feder. de Sen. *conf. 16.* quorum opinio communis est, ut similiter testatur Abb. in 4. *vers. Joan. de Lignano*, hic indistinctè tenet contrarium.

15 Ac factus est in Ordinario ratione delicti, vel contractus; quia ita demum potest procedere contra delinquentem, vel contrahentem eos excommunicando, & mittendo in possessionem, si sint præsentés in loco; sin autem si absentes sint, contra personam procedere non poterit, sed tantum contra res mittendo in possessionem earundem rerum, si reperiantur in loco delicti, vel contractus, ut determinat Innoc. hic in *princip. in 16. ver. Contractus*, & Holtiens. num. 3. ubi redantur rationem cur subditus absens non possit excommunicari, quia scilicet non potest dici contumax, cum citatus extra territorium non teneatur comparere. Idem tenet Ant. de Butr. num. 6. ubi concludit, delinquentem, si sit præsens in territorio ubi deliquit, esse subiectum quoad omnes effectus, & personam, & bona ibi existentia concernentes: si vero sit extra territorium, esse subiectum tantummodo quoad potestatem distinguendi bona sita in territorio judicis perpetrati delicti, ut notatur in c. *Episcopi, supra eod.* Et idem in contractibus concludit n. 11, dicens, ita demum aliquem fortiri forum ratione contractus, si ibi inventatur quoad effectus personam concernentes. Ideoque si Ordinarius vellet eum excommunicare, non posset eum quoad hanc finem in contumaciam constituere. Et idem putat si vellet eum de debito directè condemnare, nisi esset prævens, ut dicit Innoc. in c. *Præterea, de dilatione*, vel nisi ibi aliquando comparuisset, ut ait *gloss. in l. si quis Roma, ff. de iudic.* & subdit se hoc in factò habuisset.

16 Quoad effectus, aut res concernentes bene possit citari, & in contumaciam constitui, & missionem pati, dummodo tamen res in loco inchoati contractus, ut dictum est supra in delictis.

17 Idem tenet hic Collectar. num. 5, dicens, jurisdictionem contractus posse contrahens citare extra locum, & diocesim contractus, quia citare est jurisdictionis voluntariae, cap. *Præterea, de dilatione*. Et ea quæ sunt voluntariae jurisdictionis, judex potest extra territorium exercere, ut notatur in c. *Novis, de offic. legati*. Verum tamen hujusmodi citatio non est efficaciæ ad constituendam citatum in contumacia si non compareat quoad hoc, ut judex citans ad excommunicationem, multam, vel aliam penam possit contra eum procedere, sed missionem facere poterit, ut expressè habetur in d. c. *Contra habentes*, ubi hoc tenet Joann. Andr. secundum eum.

18 Idem tenet hic Collectar. num. 5, dicens, jurisdictionem contractus posse contrahens citare extra locum, & diocesim contractus, quia citare est jurisdictionis voluntariae, cap. *Præterea, de dilatione*. Et ea quæ sunt voluntariae jurisdictionis, judex potest extra territorium exercere, ut notatur in c. *Novis, de offic. legati*. Verum tamen hujusmodi citatio non est efficaciæ ad constituendam citatum in contumacia si non compareat quoad hoc, ut judex citans ad excommunicationem, multam, vel aliam penam possit contra eum procedere, sed missionem facere poterit, ut expressè habetur in d. c. *Contra habentes*, ubi hoc tenet Joann. Andr. secundum eum.

19 Idem tenet hic Collectar. num. 5, dicens, jurisdictionem contractus posse contrahens citare extra locum, & diocesim contractus, quia citare est jurisdictionis voluntariae, cap. *Præterea, de dilatione*. Et ea quæ sunt voluntariae jurisdictionis, judex potest extra territorium exercere, ut notatur in c. *Novis, de offic. legati*. Verum tamen hujusmodi citatio non est efficaciæ ad constituendam citatum in contumacia si non compareat quoad hoc, ut judex citans ad excommunicationem, multam, vel aliam penam possit contra eum procedere, sed missionem facere poterit, ut expressè habetur in d. c. *Contra habentes*, ubi hoc tenet Joann. Andr. secundum eum.

20 Idem tenet hic Collectar. num. 5, dicens, jurisdictionem contractus posse contrahens citare extra locum, & diocesim contractus, quia citare est jurisdictionis voluntariae, cap. *Præterea, de dilatione*. Et ea quæ sunt voluntariae jurisdictionis, judex potest extra territorium exercere, ut notatur in c. *Novis, de offic. legati*. Verum tamen hujusmodi citatio non est efficaciæ ad constituendam citatum in contumacia si non compareat quoad hoc, ut judex citans ad excommunicationem, multam, vel aliam penam possit contra eum procedere, sed missionem facere poterit, ut expressè habetur in d. c. *Contra habentes*, ubi hoc tenet Joann. Andr. secundum eum.

21 Quæ autem requiratur ad hoc, ut altero ex prædictis quatuor modis quis forum fortiat, singulatim explicantur Butr. & Abb. exponendo

22 per ordinem quatuor glossas hic positas.

23 QUERO, An dispositio hujus Decretalis, qua de iudicatur ut Clericis in Romana Curia competat declinatoria fori, fuerit sublata decreto Concilii Tridentini, cap. 20. *sess. 24.* quo statuitur, ut cause omnes ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiam beneficiae sint, in prima instantia coram Ordinarijs locorum duntaxat cognoscantur, & terminentur.

24 Videtur respondendum non fuisse sublata: nam sub illis verbis Concilij: *coram Ordinarijs locorum, &c.* non solum comprehenditur Ordinarius loci domicilij, verum etiam Ordinarius

per ordinem quatuor glossas hic positas.

21 Secundo nota præter quatuor modos speciales, de quibus supra, alium modum generalem fortiendi forum, videlicet ratione Communis Patriæ, vel communis Superioris: Roma enim communis est Patria, l. *Roma, ff. Ad municipal.* & ideo in Romana Curia quilibet Clericus, vel Laicus conveniri potest, licet ibi non delinquat, vel contrahat, aut aliàs fortiatur forum, ut hic: Clericus quidem indistinctè; Laicus verò in causis, pro quibus coram Papa conveniri potest secundum Anton. de Butr. num. 3. id est in causis ad forum ecclesiasticum quomodolibet spectantibus, de quibus notatur in *Summ. 11. quæst. 3.* & censetur Curia Romana ubiqueque est Papa, ut per Butr. num. 2. in 2. *notab.* Ad hoc quod dixi

22 in cap. *Ego N. num. 31. de injur.* nam ut inquit *glossa in hic*, cum Papa sit iudex ordinarius singulorum, nulli fas est illius forum declinare, c. *Cuncta per mundum, 9. quæst. 3.* Conventus tamen habet jus revocandi domum, si ob aliam causam illic indeliberatus accesserit, ut hic, & quidem ex causa necessaria, vel probabilis, & quasi necessaria, ut post Innocentium concludunt Holtiens. num. 12. & Butr. num. 25. *vers. Sec. regulæ*, Ad de Rotam, *decis. 2. de foro compet. in antiq.* ubi resolvit, venientes ad Romanam Curiam ex causa voluntaria non habere jus revocandi domum; secus si sit causa necessaria, & quæ de facili expediri non possit: potest enim excipere; Domine non veni ad hoc paratus; remittatis me ad domum; deliberabo, ut formaliter explicant Holtiensis in *fin.* Joann. Andr. num. 7. in *ver. Domum*, subdit tamen non aufertur; tenetur enim cavere saltem de iudicio facti, & ad diem sibi assignatam reverti, l. 2. §. *Sed si dubitetur, ff. de iudic.* Sed in hoc Innoc. num. 3. post multa determinat contrarium (Nobis, inquit, plus placet quod nunquam debet dare cautionem, quod post reversionem suam revertetur ad Curiam ibi causam acturus, sed quod coram suo iudice ordinario respondebit) l. 2. §. *Legatus, ff. de iudic.* & ibi plenè habetur de hoc privilegio revocandi Domum. Ceterum tamen adverte ad id, quod in proposito dicunt Domini de Rota *decis. 829. alias ult. in tit. de foro compet. in antiq.* cujus hæc sunt verba: (Nota quod illi, qui sunt in Curia Romana pro Republica, habent jus revocandi domum, cap. *de foro compet. cap. fin. de dilat. cap. Casam*: tamen communiter observatur, quod tales non habent jus revocandi domum: ideo coguntur ibidem respondere suis adversarijs postquam sunt præsentés in Curia. Ita observat Rota. Vide Compotell. in cap. *Statutum, de rescript. lib. 6.*) Hæc ibi.

23 QUERO, An dispositio hujus Decretalis, qua de iudicatur ut Clericis in Romana Curia competat declinatoria fori, fuerit sublata decreto Concilii Tridentini, cap. 20. *sess. 24.* quo statuitur, ut cause omnes ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiam beneficiae sint, in prima instantia coram Ordinarijs locorum duntaxat cognoscantur, & terminentur.

24 Videtur respondendum non fuisse sublata: nam sub illis verbis Concilij: *coram Ordinarijs locorum, &c.* non solum comprehenditur Ordinarius loci domicilij, verum etiam Ordinarius

25 cujusque loci, ubi quis ex juris præscripto forum fortitur live id contingat ratione originis, vel beneficii, cap. *Cum nullus, de tempor. ordina. lib. 6.* sive ratione delicti, contractus, ac rei litigiosæ cap. 1. *de privileg. eodem lib.* sive alijs modis, de quibus in l. 2. *ff. de iudic.* Et consequenter comprehenditur etiam Ordinarius loci Romanæ Curie, cum in ea Clerici forum fortiantur, & Papa sit Ordinarius singulorum, ut dicit hic *gloss. fin.* & proprius Ordinarius eorum, qui in Curia præsentés sunt iuxta textum nostrum. Hoc enim indicant verba illa Concilij: *Ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus*, quibus innuatur, illum ad hunc effectum esse loci Ordinarium, ad cuius forum quomodolibet spectat causæ cognitio.

26 Et eo magis quod Concilium in *dicto cap. 20.* dum præcipit causas in prima instantia cognosci coram Ordinarijs locorum, concordat cum iure communi, ut in cap. 1. in cap. *In solita*, & cap. *Placuit*, 11. *quæst. 1.* cap. 1. & cap. *Si diligenti, supra eodem*. Ergo sicut de iure commune Clericus in prima instantia conveniri potest in Curia Romana, ut in hoc textu, cui non præjudicatur per jura præallegata, quæ præcipiunt Clericos conveniri coram episcopis; eodem modo conveniri poterit post Concilium, quod recipit interpretationem passivam à iure communi, l. 2. c. *De natalib. gloss. Barr. & DD. in l. Sciendum, ff. Qui satisd. cogant.*

27 Quod si diceremus Concilium sustulisse alios modos fortiendi forum, innumera sequerentur absurda: nam ratione delicti episcopus non posset procedere contra eos, qui in sua diocesi domicilium non habent, & sic extra locum domicilij crimina ubique committerentur impunè, nec liceret episcopo illa ulcisci ad præscriptum cap. 1. & cap. *Licet, supra de offic. Ordin.* & cap. 1. *infra de rator.* Item va gabundi, qui certum domicilium, vel habitationem non habent, *gloss. in l. 4. §. Præter ff. de damn. infec.* nulli ibi pro delicto, aut contractu possent conveniri contra ea, quæ notantur in l. *Heres absens*, ubi Bart. num. 5. *ff. de iudic.* In his enim habet locum illud: Ubi te invenero, ibi te iudicabo, *gloss. in l. 1. in ver. Reperiturus, c. Vbi de crimin. agi oportet.* Et summam universæ jurisdictionis ecclesiasticæ confunderetur: nam præter modos expressos in hac Decretali quæ plures alij sunt modi fortiendi forum, quod innuit verbum illud, *regulariter*, in textu positum, & multos enumerant hic Holtiens. num. 3. & Joann. Andr. num. 2. videlicet ratione originis, manumissionis, adoptionis, militiæ, & dignitatis, matrimonij, privilegij, cursus temporis, translationis, extremæ voluntatis, conditionis, compromissi, recusationis, appellacionis, delegacionis causæ, majoritatis, consensus, sive prorogacionis, vel negligentie iudicis, reconventionis questionis iudicis, & vagacionis. Et hos per ordinem protequitur idem Holt. in *Summ. de foro compet. §. 2.* & quinquaginta duos recenset Specul. in *tit. de compet. l. d. §. 1.*

28 Quæ igitur multis vix excogitata laboribus, & vigilis, sancta Synodus censerit non debet unico verbo subvertere voluisse, dicit text. in cap. *Ecclesia vestra*, il *secundo*, supra de elect. Et certe si quis delinqueret, aut contraheret Ro-



- 42 Hæc obtinet, ut prædixi, de iure communi. Sed hodie in his servari debet Constitutio, quæ Eugeniana appellatur, videlicet cap. *Divina, de privileg. in extravagan. Commun.* qua inhiabitur locorum Ordinarijs, nec contra suos subditos ad Romanam Curiam euntes pro suis causis, vel negotijs profectendis, & in ea durate negotiorum, & causarum huiusmodi prosecutione moram trahentes, & recedentes ab eadem procedere, aut censuras, vel quamvis aliam sententiam promulgare, nec illos beneficijs privare præsumant. Quod si fecerint, sit irritum, & inane. Quare Clerici morantes in Curia hodie conveniri non possunt coram Ordinarijs locorum, quemadmodum poterant de iure communi: neque enim ambigendum est, quin hoc indultum comprehendat nedum Curiales laicos, sed etiam Clericos, cum pena illa privationis beneficiorum non cadat nisi in Clericum, cap. 2. de *Instit. cum similit.* & Constitutio Eugeniana sit favorabilis, & pro tutela Curialium, ut dixit Rota decis. 194. num. 4. lib. 2. part. 5. divers. Recipit tamen Constitutio huiusmodi declarationes infrascriptas.
- 43 Et primò declaratur procedere in his tantum qui Romæ pro suis negotijs, & causis expediendis morantur, & sic in eis, qui in Romana curia sunt residentes, prout verba huius constitutionis intellexit Tridentina Synodus in cap. 11. in *fin. sess. 24. ibi, privilegia residentibus in Romana Curia vigore Eugeniana Constitutionis, &c.* & in hac latitudine hoc loco accipiendum est nomen Curialis, ut per Mandos super reguli. Cancell. reg. 5. quæst. 3. num. 2. & Modernos de re benefici. lib. 2. quæst. 32. num. 166. licet alijs ad Curiales diversimode accipiantur, ut legitur, & notatur in c. *Præsentis, de præb. lib. 6. Oldrad. cons. 211. ad propositum, num. 5. plenè Albert. in Dictionar. in ver. Curiales, & Mandos dict. à regul. 5. quæst. 1. & seqq.* Eos igitur, qui ad curiam veniunt pro aliquo momentaneo negotio, puta pro inhibitione obtinenda, & statim recedunt, non tunc constitutio arg. l. *Hæres absens, §. Proinde, ff. de iudic. & leg. Plerique, de ritu nupt. nam brevi reverturus nec divertisse videtur, leg. 3. in *fin. ff. de divorc. nec dicitur venisse qui non iterit, c. Si quis autem, §. 2. distinct. cap. Certam est, §. 1. quæst. 3. cap. Si postquam, & ibi gloss. in ver. *Mente, de elec. lib. 6. cum similit.* Quinimò Auditor Camera non concedit monitoria, seu inhibitiones in vim constitutionis Eugenianæ ad favorem Curialium, nisi pro illis, qui saltem per annum in curia continuo residentiam fecerint, ut in *Constitutione 71. Pauli V. incipien: Universi agr. §. 4. num. 16. in Bullar. tom. 3. pag. 266. quod ipsum prius ordinaverat Pius IV. in Constitue. 56. Inter multiplices, §. 2. tom. 2. pag. 76. & eodem modo excluduntur à beneficio Constitutionis Curiales, qui recedunt à curia animo amplius non redeundi, vel extra curiam diu moram traxerunt. Et ita fuit resolutum in signatura Sanctissimi, 18. Martij, 1598. in casu R. P. D. Centurioni Archiepiscopi Januæ. qui cum esset Camera Apollitica Clericus, petebat causam partibus ad curiam advocari vigore Eugenianæ, & nihil obtinere potuit, quia cum in sua ecclesia resideret, beneficio dicte constitutionis non gaudebat, ut testatur Marches. de Commiss. pars.***

2. in tit. de Commiss. super Eugenian. num. 15. 16. & 25.
- 46 Declaratur secundo eadem Constitutio ut locum habeat dummodo Curialis sit reus: nam si esset actor, illius beneficio uti non posset, sed teneatur sequi forum rei, iuxta reg. l. *l. iuris ordinem, c. de iurisdic. omn. iudic. l. fin. c. Vbi in rem, ad c. si quisquam, §. 1. quæst. 1. & c. Cum sit generale, supra eadem, cum concord. Ergo Eugeniana locum habet passivè tantum, prout loquitur, id est cum Curialis extra curiam trahitur, non autem activè, id est, cum alium vult ad curiam trahere, prout decidunt Domini de Rota decis. 716. part. 4. divers. ubi etiam resolvunt non intrare Eugenianam quando Curialis intendit remedium, leg. *Dissimulati, c. de ingen. & manumissi, nisi possideat, quia licet eo casu sit reus, tamen remedium illud non competit ei, qui non possidet, ut notat Bald. in l. 3. num. 2. ff. de bon. ced. poss. Boer. decis. 255. num. 10. Ant. Gabriel. Comm. conclus. in tit. de action. conclus. 6. num. 38. Quod bene nota, quia quocidie occurrit in practica in his commissionibus, & monitorijs, qua impetrantur super pactionibus.**
- 48 Declaratur tertio, ut non procedat si his sit super beneficio, quod Curialis habet in partibus: hoc enim casu privilegium Eugenianum non suffragatur, utpote sublatum à Concilio Tridentino sess. 24. cap. 11. in *fin.* his verbis (Quæ verò privilegia residentibus in Curia Romana vigore Eugenianæ Constitutionis, aut familiaritatis Cardinalium competere solent, ea in ijs, qui beneficia ecclesiastica obtinent, ratione prædictorum beneficiorum minime intelligantur, sed Ordinarij iurisdictioni subiecti permaneat, non obstantibus quibuscumque inhibitionibus.) Hæc ibi. Autem istant hoc decreto Referendarij ratione beneficiorum, quæ obtinent extra Curiam, Ordinarij iurisdictioni subiecti existant, scripsi plenè in c. *Ex parte, §. 12. num. 39. infra de privil.*
- 49 Declaratur quarto, ut non procedat quoad Parochos non residentes, de quibus specialiter cautum reperitur à Concilio Tridentino sess. 23. cap. 1. in *fin.* ut si per eisdem citati etiam non personaliter contumaces fuerint, liberum sit Ordinarijs per censuras ecclesiasticas, & sequestrationem, & subtractionem fructuum, aliaque iuris remedia etiam usque ad privationem compellere: nec executio huiusmodi quolibet privilegio, licentiâ, familiaritate, exemptione etiam ratione cuiuscunque beneficij, &c. appellatione, aut inhibitione etiam in Romana Curia, vel vigore Eugenianæ Constitutionis suspendi possit.
- 50 Declaratur quinto, ut similiter non procedat si causa, super qua Curialis in partibus convenitur, sit cum pupillo, aut vidua, vel alia miserabili persona: tunc enim Curialis conveniri potest extra curiam in vim privilegij, leg. *Vnicuique, c. Quand. Imper. inter pupill. & vid. Quod quidem privilegium non fuit sublatum per Constitutionem Eugenianam, quæ licet tollat privilegia, non tamen tollit clausam in corpore Juris. Auth. *Qua in provinci. in ver. Illic. & ibi Bart. in 2. oppos. num. 2. & Bald. num. 7. vers. Tertio solutio, c. Vbi de crimin. ag. oport. late Felin. in cap. Sicut Romana, numero 12. de rescript. & in terminis huius Constitutionis Marches. in**

## DE FORO COMPETENTI.

## Cap. Cum contingat.

## S V M M A R I V M.

- 1 Clerici super excessibus coram Episcopo suo conveniri debent, non coram illis, quibus servantur nisi consuetudo, vel privilegium aliud inducat.
- 2 Consuetudo, & privilegium equiparantur.
- 3 Consuetudo sicut privilegium dat iurisdictionem, territorium assignat, & iura territorij ampliat, & num. 26.
- 4 Consuetudine acquiri potest quicquid potest acquiri privilegio.
- 5 Præscriptio sit consuetudo sit immemorabilis.
- 6 Declaratur, n. 8. & 11.
- 7 Consuetudo immemorabilis habet vim tituli, seu privilegij.
- 7 Etiam in his, quæ sunt Principi reservata.
- 8 Possessio temporis, cuius initium non est memoria, non habet vim tituli, nisi adit capacitas in possidente, & n. seqq.
- 9 Laici cognoscere possunt causas criminales Clericorum, & absolvere ab excommunicatione ex commissione Papæ, non autem ex consuetudine etiam immemorabili.
- 10 Consuetudinem non valere in his, quæ per privilegium conceduntur, quomodo sit intelligenda.
- 11 Consuetudo à iure improbat etiam immemorabilis sit, vim privilegij non habet. Nisi data fama privilegij ibidem.
- 12 Consuetudo tribuere potest ordinariam iurisdictionem etiam private persone.
- 13 Sicut approbata Superioris auctoritate, alias secus.
- 14 Consuetudo non potest tribuere privata persona facultatem deponendi Clericos.
- 15 Degradatio debet curari ordinarij Episcopi.
- 16 Consuetudo an possit tribuere simpliciter Clerico facultatem excommunicandi.
- 17 Excommunicandi potestas est iurisdictionis.
- 18 Merum imperium an sit præscriptibile.
- 19 Servientes circumscripta consuetudine, vel privilegio non sunt sub iurisdictione illorum, quibus servantur.
- 20 Domini iurisdictionem habent super familiam suam sicut magister super discipulos, pater in filium, & maritus in uxorem, & nam. seq.
- 21 Maritus an, & quomodo liceat uxorem verberare, aut in vincula ducere.
- 22 Index an possit cognoscere de delicto sua familia.
- 23 Episcopus solus de iure communis est Ordinarius, & habet imperium in tota diocesi.
- 24 Prælati Ecclesie dicuntur solus Episcopus.
- 25 Prælati inferiores de iure communis territorium non habent, nec dicuntur Ordinarij locorum.
- 26 Et quid ex consuetudine, vel prescriptione.
- 27 Abbates multi referantur habentes territorium, & iurisdictionem ordinariam ex clausis Episcopi.
- 28 Præpositus P. scilicet concursus Parochialium instituit, & causas matrimoniales cognoscit, cum sit nullius diocesis.

- 29 Abbatia Casfri Duranti an sit nullius diocesis, & num; seq. usque in fin.
- 30 Abbatia Casfri Duranti an sit committenda exco-  
tio litterarum Apostolicarum, & num. seq.
- 31 Prælatus inferior an, & quando possit concurrere  
Parochialium instituire, & num. 38.
- 32 Locus nullius neque de diocesi, acus verò exemptus  
est in diocesi, licet non sit de diocesi.
- 33 Exemptionis privilegium eximit à subiectione, non  
a iurisdictione, & denominatione.
- 34 Subiectio Sedi Apostolica non importat statum  
nullius diocesis, sed exemptionem.
- 35 Territorium proprium habere idem est atque ex-  
tra diocesium existere.
- 36 Verba geminata, ac pregnantia important omni-  
modam separationem territorii.
- 37 Iurisdicção quasi Episcopalis omnimoda privatè  
ad p̄sopum constituit inferiorem veluti in pro-  
pria diocesi.
- 39 Exemptio quatuorplex est, & quando eximat à dioc-  
esi.
- 40 Dicitur, etiam, est ampliativa, & implicativa præ-  
cedentium.
- 41 Privilegiu novatio non presumitur, nisi de ea ex-  
presse caveatur.
- 42 Abbatia Casfri Duranti hodie Urbana est Episc-  
pali.
- 43 Abbates, Priores, Prapostiti, & Archiepiscopi,  
nullius Diocesis quibus littera Apostolica à Data-  
ria, & Cancellaria dirrigantur, quis sint.

**C**UM CONTINGAT. Clerici sup-  
per excessibus coram Episcopo suo  
conventi debent, non coram illis, quibus  
serviunt, nisi consuetudo, vel privile-  
gium aliud inducat. Hoc dicit communis divi-  
ni consultatio, & responsio. Secunda ibi, Super  
quo.

2 Notaprimò in vers. Nisi, duas causas, sive  
modos acquirendi iurisdictionem, videlicet  
consuetudinem, & privilegium. Ad idem cap.  
Novit, ibi (nisi forte iuri communi per speciale  
privilegium, vel contrariam consuetudinem)  
& de iudic. cap. Duo simul, de offic. Ordin. cap. Ac-  
cedentibus, de Privileg. & sic nota consuetudinem,  
& privilegium equiparari prout hic notant Ho-  
stiens. num. 4. & Bald. cons. 49. In factis Abbatu, li-  
bro 1. ubi dicit tam consuetudinem quam privi-  
legium dare iurisdictionem, & territorium as-  
signare, & iura territorii ampliare: & hanc esse  
regulam, ut acquiri possit consuetudine quid-  
quid potest acquiri privilegio, firmat Cardinal.  
post Lap. in Clemen. 2. in penult. col. de relig. dom-  
bus. Bart. in proemio Digestorum, §. fin. & Felin. hic  
post Abb. num. 2. vers. Secundo in quantum D. Ab-  
bas. Quod maxime procedit si consuetudo sit  
longissima, seu immemorabilis, ut per eum-  
dem Bald. in cap. 1. col. 1. in tit. quatuor regalia,  
Oldrad. cons. 172. Quia omnes, num. 11. ubi ait  
privilegium, & consuetudinem tanti tempo-  
ris, cuius contrarii memoria non existit, pari-  
bus passibus ambulare, & ideo quod potest  
per privilegium concedi, posse & tali consuetu-  
dine introduci, ut l. 1. §. ult. ff. de aqu. plur. arden.  
l. in eam, §. Item variis, & l. Hoc iure, §. Ductus  
aqua, ff. de aqua quodvis, & l. ut. C. de  
fund. res privatae, libro 10, ejusmodi enim con-

suetudo habet vim tituli, seu privilegii, ut  
ex text. in cap. Super quibusdam, §. Præterea, &  
ibi notat gloss. in ver. Non extat, in princip. &  
Hostiens. in vers. Nota diligenter, de verb. Sig-  
nific. Abb. in cap. Cum nobis, num. 4. de prescrip-  
tione. Franc. in cap. 1. in 2. notab. de consuet. lib. 6. &  
alii copiose relati ab Antonio Gabrieli commun.  
conclus. lib. 5. de prescriptione, conclus. 1. num. 1. et-  
iam in his que sunt Principi reservata, ut pro-  
batur in dicto §. Præterea, & notat gloss. in cap.  
Immanus, in ver. Regum, de censu. Bart. in l. Quo  
minus, in 2. quest. vers. Item habet lites, ff. de sum-  
m. Abb. in d. cap. Cum nobis, & alii apud Gabriel.  
ubi supra n. 3.

8 Verum hæc conclusio declaratur procedere,  
dummodo aditè capacitas in exercere, seu  
possidente, & aliquo multa competere possunt  
ex privilegio apostolico, que tamen acquiri  
non possunt consuetudine, vel prescriptione,  
cap. Quanto, ubi Innocent. Hostiens. & omnes  
notant de consuetudine, etiam in his que sunt iur-  
isdictionis, unde videmus ex concessione  
Papæ merum Laicum posse cognoscere causas  
criminales Clericorum, secundum communem  
opinionem, de qua testatur Clar. in praxi crimi-  
nali §. fin. quest. 4. l. num. 6. vers. Sed quid dicitur,  
& tamen hanc cognitionem sibi vendicare non  
potest ex quavis consuetudine, vel prescriptione,  
cap. Si Imperator, & per totam, §. dist. cap. Ad  
nostram, de consuet. cum concordat. Similiter ex  
concessione apostolica laicus potest absolvere  
ab excommunicatione, gloss. in Extra, §. sus-  
cepti, Joannis XXI. in ver. Vel per seipsum, de elect.  
& tamen id non potest in vim consuetudinis,  
aut prescriptionis utcumque vetustissima, cap.  
Decernimus, cum ibi not. de iudic. nam, ut inquit  
Joan. Andr. in cap. 2. de prob. lib. 6, quantumcum-  
que longo tempore laicus exercuerit actum spi-  
ritualem, nunquam tamen illum potest prescri-  
bere: nam possessio temporis, cuius initium non est  
memoria, habet vim tituli quando datur ca-  
pacitas in exercere, alias non. Et eum sequi-  
tur Abb. in d. cap. Quanto, num. 2. de consuet. dicens  
itanotabiliter esse limitandam regulam cap. 1.  
de prescrip. lib. 6. & l. Hoc iure, §. Ductus aqua,  
ff. de aqua quodvis, & l. ut. Idem dixit in d.  
cap. 2. Joan. Monach. col. 1. vers. Item tem-  
pus; Cardin. cons. 57. num. 3. Paris. in cap.  
Cum nobis, num. 5. & seq. de prescrip. Balb. in  
traç. prescrip. in 1. parte, quinta pars principalis,  
in 7. quest. num. 53. Gabriel post alios in dicta  
conclus. 1. de prescrip. num. 6. Et in his procedere  
potest contraria regula, quam ex cap. Con-  
tra morem, 100. distin. delimit Federic. de  
Sen. consil. 277. Factum ex quo, col. fin. vers.  
Præterea in iis que per privilegium conceduntur, non  
valet consuetudo, vel certè hæc regula procedit  
quando lege disponente, aliquid acquiri non  
potest nisi privilegio tantum, ut declarat Felin.  
hic num. 2. vers. Primo fallit. Rufus declaratur  
procedere supradicta conclusio nisi consuetudo  
sit à jure reprobata, & qua tunc non habet vim  
privilegii, cap. Cum instantia, de Censu, licet sit  
immemorabilis, ut ibi dicit Joan. Andr. super  
ver. Longissima, Abb. in cap. Cum excessu, in  
ver. Aliquomodo, de prescrip. Puceus decis. 466.  
num. 4. lib. 2. Covarr. post alios variis, resolu-  
tion. l. 3. e. 13. n. 5. nisi data fama privilegii, ut hic  
per

per Felin. num. 5. in tertia fallentia: in quo tamen  
hodie servanda est Constitucio Urbana, ut plene  
22 scripsi in cap. 1. supra de consuetudin.

Secundo nota in ver. Hi quibus, consuetudi-  
nem tribuere posse ordinariam iurisdictionem  
etiam privatæ personæ: quod alibi ita expressè  
non legitur, ut dicit Hostiens. num. 3. Joann.  
Andr. num. 10. imola num. 6. & Abb. num. 5. Ar-  
chid. in cap. Conquestus, in fin. 9. quest. 3. ubi alle-  
gat hunc textum, & dicit se non vidisse simi-  
lem. Idem tenet gloss. in cap. Romana, in ver. Con-  
suetudine, de app. l. in 6. Bart. in l. 1. §. Denique,  
ff. de aqua plur. arden. & alii hic relati à Felin.  
num. 2. Aliam enim iura loquuntur vel in Ab-  
batibus, vel in Archidiaconis, aut aliis Prælatis,  
sive Capitulis, seu Collegiis, vel aliquam tenen-  
tibus administrationem ut patet in d. cap. Con-  
questus, 9. quest. 3. in cap. Dilecti, de Arbitr. & in  
cap. Novit, in primo responso, de iudic. Quæ tamen  
conclusio procedit si consuetudo sit approbata  
Superioris autoritate, alias non valet, quia  
multa per patientiam tolerantur, & cap. Cum  
jam dudum, de prob. secundum Vincent. & Joann.  
Andr. num. 6. Petr. de Anchar, eod. num. 6. & al-  
ios communiter, licet Bellam. num. 3. dicat suf-  
ficere approbationem tacitam per scientiam ver-  
am, & non fictam; quia consuetudo expressam  
approbationem non requirit; satis enim est ut  
sit rationalis, & legitime præscripta, cap. Cum  
tanto, de consuet.

14 Rufus procedit supradicta conclusio in mo-  
dica iurisdictione: non enim consuetudo possit  
tribuere potestatem privatæ personæ deponen-  
di Clericos, argum. cap. Transmissam, de elect. &  
cap. Quanto, de consuet. secundum Innocent. &  
Hostiens. num. 2. & Joan. Andr. num. 10. vers. Et  
quod hic & ibi dicitur: ejus enim est deponere, cu-  
jus est ordinare cap. Nullus Primas, 9. quest. 2. c. 3.  
15 de Paroch. Holt. ubi supra, præsertim si depositio  
sit realis, ut degradatio, secundum Collectar.  
hic num. 3. quia hæc debetur Ordini Episcopali,  
ut notatur in c. Cum non ab homine, supra tit. prax.  
& per Holt. in cap. Dilecti, & cap. Irrefragabili, de  
offic. Ordinari.

16 An autem privatæ personæ, id est, simplici  
Clerico dignitatem, personatum, officium, vel  
aliud beneficium ecclesiasticum non habenti  
consuetudo possit tribuere facultatem excom-  
municandi, Doctores non conveniunt: nam Ho-  
stiens. num. 3. vers. Sed nunquid, & Joan. Andr. nu-  
10. in eod. vers. consentit id non posse per consuetu-  
dinem introduci, arg. cap. Cum satis, de offic. Ar-  
chid. Secus in Prælatis, cap. Dudum, de elect. Idem  
tenet Archidiacon. in cap. 1. de offic. Ordin. in 6.  
Anton. de Butr. hic num. 18. & Abb. num. 16.  
Sed contrarium tenet Innocent. in cap. Olim,  
in l. 1. de reff. spoliator. & cum eo con-  
sentit ibi Hostiens. & Cardinal. hic num. 8. cuius  
opinionem dicit esse verioremm Collectar. num.  
17. 2. vers. Nunquid consuetudo. Hoc etiam dicit esse  
verius Imola num. 6. quia potestas excommu-  
nicandi est jurisdictionalis, cap. Transmissam, &  
cap. Dudum, de elect. Et sicut Episcopus potest  
simplici Clerico hanc facultatem expressè de-  
legare, ita potest tacite per patientiam transfe-  
re, secundum Innocent. & hanc partem tenent  
Domini de Rota in sua conclus. 409. ut refert hic  
Butr. d. num. 18. Sed Henricus Boich. relatus hic  
1. Prosp. Fagn. in 2. Decretal. Tom. 3.

à Bellam. num. 9. conciliando opiniones sic di-  
stinguit. Aut queritur, utrum consuetudo possit  
dare privatæ personæ potestatem excommuni-  
candi absque alia iurisdictione ecclesiastica ad  
excommunicationem præambula, puta, citan-  
di, monendi, in contumacia ponendi, juxta text.  
in cap. Sacro, & cap. Statuimus, de sent. excommuni-  
cap. Constitucio, eod. tit. lib. 6. & cap. Indigne,  
12. quest. 1. & concludit non posse quia est con-  
suetudo irrationabilis, arg. cap. fin. de consuet. &  
ita intelligit Hostiens. hic. Aut queritur an con-  
suetudo possit tribuere potestatem excommuni-  
candi una cum alia iurisdictione præambula; &  
concludit posse, ut hic, & ita intelligit doctrinam  
Innocentii, & Hostiensis in d. cap. Olim, & quod  
notat Bernard. & Holt. in d. cap. Cum sit gene-  
rale supra eodem. Et pro hac distinctione videtur  
casus in cap. Super eo, de prob. in 6. iuncto cap. Que-  
renti, infra, de verbor. signific. & t. etiam in mate-  
ria interdicti expressè distinguit Innocent. in d.  
cap. 2. de his que fi. a major. par. Capit. in gloss. 2. &  
ibi post eum Holt.

Ceterum hæc distinctio videtur posse admi-  
ti dummodo tam iurisdictione præambula, quam  
potestas excommunicandi habeat aliquod fun-  
damentum officii aut beneficii ecclesiastici, cui  
possit in initio inquiri secundum Martini, de Sel-  
va, quem refert hic Bellam. num. 9. vers. Marti-  
nus de Selva, numquam privatæ personæ nomi-  
ne suæ privatæ personæ potest consuetudo dare  
iurisdictionem ecclesiasticam, quia illa non po-  
test competere sine alia prælatione. Dicit tamen  
ad hoc sufficere titulum cuiuslibet beneficii, si  
quod habet. Et hanc opinionem credit esse ve-  
ram Bellam. quia iurisdictione ecclesiastica est  
quoddam spirituale, vel saltem ecclesiasticum,  
quod non potest nisi beneficio ecclesiastico ad-  
herere, arg. eorum que leguntur, & notatur in  
Clem. ter litteras, de prob. & in cap. Causam  
qua, de prescrip. Nec fecundum eum obstat hæc  
Decretalis, & d. cap. Super eo, de prob. in 6. imò  
probat hanc partem, quia loquuntur de iurisdic-  
tione ecclesiastica Canonis, seu præbendis Ca-  
nonicalibus adherente, quæ quidem Canonice,  
seu præbende Canonicales revera beneficia di-  
ci debent cap. In nostra, supra de reff. spoliator. & cap.  
penult. infra, de verbor. signific. Similiter non ob-  
stat l. 1. & ult. C. de emancip. liber. quia loquuntur  
in Duumviris publicam administrationem  
habentibus, cui publicæ administrationi bene  
adherere potest iurisdictione. Nec adversatur au-  
thoritas Innocentii in d. cap. Olim, l. 1. de reff.  
spoliator. Ait enim (Quilibet Clericus potest  
possidere & præscribere jus excommunicandi,  
dummodo sit persona, in quam hoc jus cadere  
possit) & allegat cap. 2. de his que fiunt à major.  
par. Capit. & cap. Cum ab ecclesiariis Prælatis,  
de offic. ordin. & sic videtur sensisse non de simplici  
Clerico, sed de Clerico prælationem habente,  
ut bene observat Abb. hic num. 16. Idque aper-  
tius declarat idem Innocentius in d. cap. 2.  
num. 1. dum dicit non posse consuetudine indu-  
ci ut Canonicus interdicat vel excommunicet  
homines Ecclesie, nisi super eos habeat aliquam  
prælationem, quia quomodo poterit eos liga-  
re qui non sint subditi ejus? & in hoc refert  
etiam Butr. hic num. 18. dum concludit Cle-  
ricum non posse hanc potestatem acquirere ex  
H 2 con

consuetudine, nisi saltem habeat aliquam præ-  
sentiam, per quam subiectos habeat.

18 An autem merum imperium, seu potestas iu-  
dicandi, & puniendi crimina possit consuetudi-  
ne acquiri. Joan. Anar. hic num. 4. recitat opi-  
niones & remittit. Cardin. num. 2. tenet merum  
imperium esse præscriptibile, dicens de hoc esse  
casum singularem hic quod latus profectur  
num. 4. ubi respondet objectis Jacobi de Arena  
qui sententiam merum imperium acquiri non posse  
per præscriptionem etiam immemorabilem.  
Idem postmodum concludit Anchar. num. 12. &  
13. & Abb. num. 10. & fuit opinio Petri, & Cyn.  
in l. 1. ff. de aqua plur. arcan. Quam dicit esse com-  
munem. Imola hic num. 8.

19 Tercio nota mercenarios, & servientes cir-  
cumscripta consuetudine, vel privilegio non esse  
sub iurisdictione illorum, quibus serviunt  
nam etiam Domini habeant in eos aliquam coerciti-  
onem, non tamen in figura iudicis, ut notatur  
in cap. Stur. 7. quæst. 1. & in l. R. spoliandum, §. pe-  
nult. ff. de pen. & eradice hic Joan. de Anan. num. 25.  
Unde ut dicebat Hostien. num. 6. post gloss. fin.  
Dominus potest habere iurisdictionem super  
familiam suam, sicut magister super discipulos,  
ut in præmio Digestorum §. penult. & in Authen.  
Habita, c. Ne filius pro patre, sicut pater super  
filium num. 5. & in c. circa fin. 3. quæst. 7. cap. Non  
osculari, §. quæst. 5. Sicut maritus in uxorem,  
cap. Stur. 7. quæst. 1. & cap. Placuit, 32. quæst. 2.  
Sed à verbis abstinere. l. Consensu, §. 1. c. de  
repud. Archid. in d. cap. Stur. nisi ex magna cau-  
sa, ut in exemplo cap. Quia modum de iure iur.  
vel nisi verba essent levia, & ita intellige tex-  
tum in Authen. Sed habet, & Authen. Sed mo-  
vo, c. de repud. & d. l. Consensu, secundam  
Felin. hic num. 7. & de verbor. verborantibus sine  
causa vide in Authen. Ut liceat matr. & an. §.  
Siquis autem. l. aut. c. de regul. & gloss. in d. cap.  
Placuit, in ver. Potestatem, & de his omnibus vi-  
de textum in cap. Qui peccat, vers. Nam quotidie  
domus, ibi, ord. nisi filium potestate, 23. quæst. 4.  
& an pater filium, & maritus uxorem possit in  
vinculis detinere, vide gloss. Archid. & DD. in  
d. cap. Placuit, Bart. in l. Ex facta, la grande, in  
22. fin. ff. de hered. insti. & Felin. hic num. 8. & an  
pater percussit filium Clericum incidat in can.  
Siquis uadente, Barthol. Brixien. in quæst. sua vene-  
riat. 87. quæ incipit. Queritur an pater percussit,  
in tit. de sent. excomm. gloss. ultim. & DD. in cap.  
Cum voluntate, eod. tit. & in cap. Indecorum, & ibi  
dixi num. 47. & 48. supra de atar. & qual. Et an  
Dominus possit cognoscere de delicto lue fami-  
lia vide Legatus in l. Senatus ff. de offi. Præsid. &  
in l. Siquis forte, §. Si quis, ff. De penis, & in l. 1. §.  
Familis, ff. de publica. & Felin. in c. Causam qua,  
supra de offi. deleg. ubi ponit regulam cum quin-  
que sententiis.

23 Ultimo nota de iure communi solum Episcopum  
esse Ordinarium, & solum habere imperium  
in tota diocesi cap. Siquis Episcopus, & ibi  
gloss. l. 2. quæst. 7. cap. Sicut, supra eod. cap. 1. & ibi  
dixi in ultimo nota de offi. Ordinar. cap. 1. de reug.  
& pace, & cap. 1. de rapor. cap. A nobis de sent.  
excomm. cap. Omnes dioceses, l. 6. quæst. 7. & no-  
tant hic Innocent. num. 1. vers. Episcopus autem  
habet forum, Hostien. in ver. Non vacans, Joan.  
Andr. num. 4. Butr. num. 7. Imola num. 2. Col-

lectat in princ. Bellam num. 2. Abb. num. 4. Un-  
de sanctus Thomas in 4. diffinit. 20. artic. 4. quæst.  
1. (Solum Episcopus, inquit, proprie Prælatum  
Ecclesie dicitur, & ideo ipse solus quasi Spon-  
sus annulum Ecclesie recipit; & ideo solus ipse  
habet plenam potestatem in dispensatione Sacra-  
mentorum, & iurisdictionem in iure causa-  
rum quasi persona publica) Extra diocesim ve-  
ro Episcopus iurisdictionem contentiosam exer-  
cere non potest, nisi in casu Clem. Quamvis, de  
foro compet. Inferiores autem Prælati de iure  
communi territorium non habent, ut hic per  
Holt. num. 1. vers. Mihi videtur, & Joan. Andr. n. 4.  
vers. Videtur quod de iure communi.

Unde decretum Concilii Tridentini cap. 26.  
sess. 24. quo causæ omnes ad forum ecclesiasti-  
cum pertinentes in prima instantia jubentur co-  
gnosci coram Ordinariis locorum, §. Congrega-  
tio de claravit non intelligi de inferioribus Præ-  
latis, qui sub iurisdictione Episcopi, veluti Archipres-  
bitero, vel Prælati Ecclesie Collegiatæ, ita ut illis  
inferioribus, qui etiam in eorum plebe Ordina-  
rii dici possunt, huiusmodi cognitio privativè  
ad Episcopum etiam in prima instantia perti-  
neat; quia etiam habent iurisdictionem ordina-  
riam in personis de Collegio, c. Cum ab Ecce-  
lesiasticum, ubi gloss. & Abb. num. 1. de offi. Ordin. non  
tamen possunt appellari Ordinariis locorum, cum  
nullus citra Episcopum habeat territorium in  
diocesi, Abb. ubi supra num. 10.

Quinimo secundum Hostien. & Joann. Andr.  
ubi supra, nec consuetudo possit operari, ut in  
eadem civitate essent in solidum duo capita qua-  
sum nostrum, cap. Quanto, & cap. Quoniam, supra  
de offi. Ordinar. Sed in hoc contrarium videtur  
sentire Innocent. hic, & tenet expressè Archid.  
in cap. Cum Episcopus, col. 1. in ver. Ver alium, &  
ibi etiam Joann. Andr. de offi. Ordinar. lib. 6. Quo-  
rum opinio est verior, ut scripsi plene in cap.  
Nullus, num. 22. infra de Paroch. fatentur tamen  
Hostien. & Joann. Andr. esse aliquos Abbates  
habentes certam terram limitatam iurisdictioni  
sue subiectam alio Episcopo carentem sicut  
est Abbas Cassinensis, & quidam alii, quod se-  
cundum eos fulciri potest esse aliquo privilegio  
Apostolico speciali, & tales dici possunt habere  
territorium, sive forum, l. Pupillus, §. Territorium,  
ff. de verbor. signific. & notatur in cap. Cum ex  
officiis, & cap. Veniens, de prescript. subdit Joann.  
Andr. Cassinensis hodie episcopalem, (quod  
verum erat tunc temporis) & de aliis quatuor  
remittit ad Constitutionem Benedicti XII. Bo-  
nae, de Monachis Nigris, ante fin. & sunt monaste-  
rium Sublacense, & Farsense in Provincia Ro-  
mana, Sancti Vincentii de Vulterano in parti-  
bus Apuliae, & monasterium sancti Laurentii  
Veteris in partibus Gallicanis, de quibus memi-  
nit idem Joann. Andr. in Specul. in rubr. de privil.  
vers. Et sciendum, & Butr. hic num. 1. vers. Fatetur  
quod sunt aliqui Abbates, & hos solum appellare  
Abbates nullius diocesis, cuiusmodi sunt etiam  
abbas Nonantulanus, de quo per Calde-  
rin. consil. 528. alias 13. de privil. Abbas Clunia-  
censis, de quo plene Oldrad. consil. 204. Prima  
quæstio, & quæ etiam meminit expressè Conci-  
lium Tridentinum cap. 1. vers. Excepto monaste-  
rio Cluniacensi cum suis limitibus, sess. 25. de regula-

28 Ad hæc Leo X. Præposituram Piscie Lucen-  
diocesis, & Præposituram pro tempore existen-  
tem, ac omnes Canonicos, & Clericos ejusdem  
oppidi sub protectione B. Petri, & Apostolicæ  
Sedis immediatè suscepit, & ab Episcopo Lucen-  
si, ejusque tota iurisdictione, superioritate, cor-  
rectione, visitatione, penitus exemita ut etiam  
ratione delicti, aut contractus Episcopus Lucen-  
sis nullam iurisdictionem in eos, eorumque bo-  
na habere, & ipsi Præposito ordinariam iuridi-  
ctionem, superioritatem, correctionem, visita-  
tionem in omnes personas ecclesiasticas dicti  
oppidi in civilibus, & criminibus & mixtis  
concessit, prout Episcopus lucensis consueverat  
habere, utque à sententiis Præpositi ad Roma-  
num Pontificem duntaxat appellari possit. Clé-  
VII. & Paulus III. supra dicta omnia confirma-  
runt, & in suis litteris Apostolicis usi sunt verbis  
(Præposito Ecclesie de Piscia Sedi Apostolicæ  
immediatè subiectæ nullius diocesis.) His sic  
stantibus quantum est, Præpositus vacante Pa-  
rochiali in districtu suæ Præposituræ possit edi-  
ctis proponere, & eos qui concurrerint, jubere  
per suos deputatos examinari, & alia facere, quæ  
Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 1. concessit  
Episcopis; & an ei possint committi dispensa-  
tiones matrimoniales suorum subditorum ex  
cap. 5. sess. 22. & cap. 20. sess. 24. S. Congregatio  
Concilii inclinavit ut satis sufficienter sit proba-  
tus status illi nullius ex Bullis prædictis. Dixit  
tamen nihil de eisdem nisi audito Episcopo  
Lucensi cuius interest. Item ex verbis exemptionis  
apparet Ecclesiam hanc esse subiectam Præ-  
posito etiam quoad legem diocesanam: & cum  
citato Episcopo legit hinc inde deducta fuisse  
tandem S. Congregatio die 23. Iulii 1779.  
cessit dicendum Præposito, ut ostendat Syno-  
dos ante Concilium factas. Si autem nihil aliud  
deducatur, Congregatio censuit Præposito com-  
petere examen in Parochialibus prout Conci-  
lium dedit Episcopo sess. 14. cap. 18. Idem de cau-  
sis matrimonialibus, quia consistit omnem iuridi-  
ctionem ordinariam datam Præposito, esse  
nullius, habere jus congregandi Synodum dioc-  
esanam, & congregallæ etiam post Concilium.  
Quam Congregationis sententiam Sanctissimus  
ad se relata approbavit. De præpositura Prati  
scripti late in cap. Cum ab Ecclesiasticum, à num. 13.  
usque in fin. de offi. Ordin. De Abbatia S. Mariæ  
de Balneo item late in cap. Cum dilectus, à nu-  
mer. 13. infra de relig. domib. & de Abbatia sancti  
Joannis in Venere in cap. Nullus, de Paroch. ubi  
ego plenissime de huiusmodi locis nullius dioc-  
esis.

29 QUERO, An Abbatia Caltri Durantis nullius  
diocesis existat.

Cum S. Congregatio annis superioribus de-  
clarasset Abbati Caltri Durantis esse commit-  
tendas dispensationes matrimoniales, litteras in  
forma Significavit, atque huiusmodi quoad e-  
jus subditos, si modo ipse iurisdictionem quasi  
episcopalem, & propriam territorium haberet;  
hac decisione S. D. N. Paulo V. exhibita, ex par-  
te Abbatis fuerunt productæ scripturæ proban-  
tes in eo concurrere supra dicta requilita iuridi-  
ctionis quasi episcopalis & territorii, petuntur  
que fuit per litteras in forma Brevis decerne-  
tur præcisè ut de cetero ipsitales expeditio-

nes committerentur. Sanctitas sua respondit hu-  
iusmodi requisita esse prius ab ipso probanda co-  
ram S. Congregatione ab eaque obtinendum de-  
cretum, quod essent probata.

Ad dicta duo requisita iustificanda Abbas ex-  
hibuit sententiam Rotaalem, in qua ipsi iuri-  
isdictionem quasi episcopalem, iulq; congregandi  
Synodum habenti, ac proprium territorium, ad-  
judicantur concursus parochialium. Unica qui-  
dem fuit sententia, sed causa commissa fuit in  
Rota omni, & quacumque appellatione remota,  
sententiaque habuit effectum.

Quamobrem Sac. Congregatio die 13. Iulii  
1606. inspecta sententia lata in Rota pro Abba-  
te adversus Archiepiscopum Urbini, in qua Abba-  
ti tanquam nullius diocesis existenti, ac pro-  
prium territorium, ac iurisdictionem quasi epi-  
scopalem habenti, adjudicantur concursus pa-  
rochialium in ejus territorio vacantium; item-  
que perpetua præcedente communiione cum  
clausula appellatione remota, atque attestatioe  
effectus dictæ sententiæ, & quali possessionis Ab-  
batis censuræ factis, superque conitare Abbatem  
quasi episcopalem iurisdictionem, & proprium  
territorium habere, ac propterea supra dictas  
litteras illi esse committendas, super quo qui-  
dem decreto fuerunt postea expeditæ litteræ S.  
D. N. in forma Brevis.

Verumtamen Archiepiscopus contendit ad-  
huc Abbatiam prædictam esse in statu simplicis  
exemptionis, non autem nullius diocesis ex du-  
plici capite.

Primo quia Rota pronunciauit Abbatis terri-  
torium esse exemptum à iurisdictione Archie-  
piscopi Urbinaten. ac proinde non esse in statu  
nullius, quia implicat contradiccionem esse nul-  
lius diocesis, & esse exemptum, ut dicit Rota  
divers. decis. 207. num. 2. part. 2. Adde Joan. Andr.  
ad specul. tit. de privileg. vers. Aliqua verò. Item  
locus nullius nec est in diocesi, nec de dioc-  
cesi; at locus exemptus licet non sit de dioc-  
cesi, est tamen in diocesi, cap. Cum Episcopus, Ge-  
min. in 3. mor. & Franca. in 2. de offi. Ord. n. lib. 6.  
gloss. in Clemen. Frequens, in ver. Prima anni, ubi  
etiam Vitalin. num. 127. de excess. Prælat. Card.  
in Clemen. 2. §. Simili, num. 4. de privil. ubi etiam  
Lap. Abb. num. 2. Anchar. in princ. Imol. num. 2.  
& num. 2. in fin. atque alii omnes de privil. Feder.  
de Sen. consil. 2. num. 4. vers. Quod autem, & num.  
7. Felin. in cap. Grave, col. 1. num. 5. & seg. de offi.  
Ordin. Atque hoc ipsum discrimen constituit  
Concilium cap. 9. sess. 24. dum e3, quæ sub Paulo  
III. & Pio IV. prius statuta fuerant de visitatio-  
ne ecclesiarum exemptarum, extendit etiam ad  
ecclesias seculares nullius diocesis, & tanquam  
de diversis loquitur etiam cap. 10. sess. 23. ibi,  
etiamsi nullius diocesis, vel exempta, & 10. cap. 1. de  
iustis sess. 5. Et quia ad Collegi. ibi, etiamsi exempta,  
etiamsi nullius diocesis.

Ratio est quia privilegium exemptionis solum  
eximit à subiectione, non autem à limitatio-  
ne, & denominatione. Vital. in d. Clem. 2. de pri-  
vil. n. 14. & Franca. in 2. §. Statuta, vers. Sed ad-  
verte, de consuet. in 6.

Deinde quatenus ex sententia Rotali fuerit  
diffinitum Abbatem esse in statu nullius diocesis,  
contendit tamen Archiepiscopus illam sibi non  
oblatre, uti notonè iniustum, quia sententia

functat se in privilegio exemptionis Bonifacii IX cum tamen illud privilegium fuerit revocatum a Martino V. ut ex Bulla revocationis exhibitā. Et quamvis postea idem Martinus ad instantiam Cardinalis Lucidi tunc predictæ Ecclesie Commendatarii dictam suam revocationem ad fimum beneficium suspendit: dicta tamen suspensio, ut Archiepiscopus præterdit, non fuit simplex, ita ut per eam Abbatia fuerit absolute redacta ad terminos privilegii Bonifacii IX. qui exemptionem concessit; sed Papa processit per viam novæ dispositionis, suspendendo prius ad fimum beneficium revocationem privilegii Bonifacii; Deinde novam dispositionem adiciendo in hæc verba. (Volentes, & etiam ordinantes, quod huiusmodi nostra suspensio durante, Cardinalis, Conventus, Monasterium, Universitates, Clerus, & alii supradicti, Nobis & Romanæ Ecclesie domaxati sint subiectis, & ad Episcopalia iura eidem Episcopo, & Capitulo persolvenda, aut alia mera subeunda minime teneantur.) Verba enim illa *Volentes & ordinantes* important novam dispositionem, gl. in c. fin. in verb. Respondemus de verb. signif. in 6. Dec. in c. Exratione, n. 3. de appell.

Itaque Martinus non suspendit simpliciter, sed præcipit quod esset observandum durante suspensione, videlicet ut Abbatia non renereatur ad onera Episcopalia, & effectus immediatè subiecta Sedi Apostolicæ, quæ quidem verba non sicut nullius, sed simpliciter, ac nudam exemptionem important, cap. si Papa, de privil. in 6. Joan. Andr. in addit. ad specul. in tit. de privil. num. 5. ver. prædictis, Felin. in cap. Grave, num. 2. de off. Ord. n.

Quæ repetit Archiepiscopus, ut declaratur Abbatiam non esse nullius diocesis, sed simpliciter exemptionem, vel ut petatur vocum Rotæ super hoc articulo, an sit in statu nullius, præsertim quia ut constat ex decisionibus Rotalibus, non modo in Rota nunquam fuit actum de his difficultatibus, an Martinus in dicta suspensione revocationis traderet novam formam, vel an Abbatia esset nullius diocesis; sed Archiepiscopus nunquam fuit auditus à Rota in iudicio petitorio; in ultima enim decisione Seraphini, quæ in hac causa emanavit, fuit resolutum, ut causa discerneretur in petitorio, & decisio edita fuit in Maii 1601. ut in impressis decisionibus. Et postea nulla alia facta discussione, aut decisione edita. die 9. Junij ejusdem anni lata fuit sententia in petitorio iudicio.

Ceterum in his non obstantibus non videtur recedendum a decisis: nam Rota satis clare pronuntiavit Abbatem esse in statu nullius, non quidem per hæc verba (nullius diocesis) sed per alia æquipollentia atque idem importantia.

Id autem liquido constat. Primò quia sententia Rotalis definit Abbatem habere proprium territorium, quod nihil aliud est, quam esse extra diocesim; in quidem repugnant habere territorium, & esse in diocesi, ut in terminis resolvit Rota coram Attrebateni in causa Constantien. jurisdictionis, Maii 1611. quæ habetur impressa in recentior decis. 324. part. 1. Ideoque quocumque Abbatem, vel alii inferiores Prælati habent territorium separatim, illud dicitur esse nullius diocesis; ita ut nec in diocesi, nec de

diocesi alterius censei possit, sed sit proprium territorium, respectu cuius ipsi quoque diocesanum vocatur, gloss. in Clemen. 1. §. Volumus, in verb. Diocesanus, & ibi notat Cardinalis in 4. quest. num. 2. Vital. num. 4. Imo. num. 38. & Abbas num. 15. de foro compet. Idem enim importat hoc casu territorium, & diocesis, cap. si quis Abbas, 18. quest. 2. & cap. 2. de consit. lib. 6. Vital. in Clemen. 2. §. Sanè, num. 44. de cl. tit. Archid. in c. Cum Episcopus, in verbo Non exempto, de off. Ordin. in 6.

Et confirmatur, quia Rota non pronuntiavit simpliciter Abbatem habere territorium, sed addidit territorium absolutum, exemptionem, ac penitus liberatum ab omni dominio, iure, actione, atque omnimoda jurisdictione, potestate, & legè diocesanam Archiepiscopi Urbinate. Quæ quidem verba sic geminata, ac prægnantia ab omnium territorii separationem, ac dimembrationem important. Rota d. vers. decis. 526. num. 4. part. 1. Caputaq. decis. 297. num. 3. part. 1. Quia tuius prosequitur Anton. de Butr. in cons. 19. Quia hic agit, num. 3. & seq. vers. 2. sola verba concessionis. Innoc. Joan. Andr. & DD. in cap. Pajratu. de donat. De iustitia verò sententiæ Rotas in hac parte clarissime constat, quia isdem ferè verbis utitur, ac privilegium Bonif. IX. ut ibi: (Monasterium, nec non Omnia, districtus, & territoria prædicta, &c. ab omni dominio, iure, actione, & omnimoda jurisdictione, & potestate, ac etiam lege diocesanam Episcopi Urbinate. absolutimus, eximimus, ac perpetuò liberamus.)

Secundò in sententia Rotali diffinitur competere Abbati excluso Archiepiscopo omnimodam & Episcopalem jurisdictionem. Quibus quidem verbis constituitur Abbas in proprio territorio, ita ut veniat appellatio diocesanæ gl. in d. Clemen. 1. in ver. Diocesanus, de foro compet. gloss. prag. sanct. tit. de anno, & c. vers. in diocesi, pag. 117. Abbas in cap. Sicut unire, de excess. Prælat. & in Clemen. Diocesanus, de vit. & honest. Cleric. ubi reconcilians gloss. ibi, & in d. Clem. 1. quæ sibi oppositè videbantur, ostendit appellatio diocesanorum etiam in materia nova, & præjudiciali venire inferiores habentes Episcopalem jurisdictionem exclusis Episcopis. Cum enim privilegium sit legale, ut nedum eximat, sed etiam tribuat jurisdictionem; territorium dicitur effectum veluti propria diocesis Abbatis Joan. Andr. in cap. Nimia, circa med. de jur. jur. Anchar. in cap. Populasti, sub num. 4. de foro comp. Rota d. decis. 207. part. 2. in fin. Et in hoc quoque sententia Rotæ est conformis privilegio Bonifacii, qui primò liberavit Abbatem cum territorio, & subditis ab omni jurisdictione, &c. Episcopi Urbinate. ac deinde subdit. (Ceterum volumus, statumus, & ordinamus, ut Clerus, Populus, &c. quemadmodum Episcopo, & Capitulo de cetero Abbati in spiritualibus, & temporalibus obedire teneantur, & sint ordinario iure subiecti) & infra (Omnimoda iurisdictione quemadmodum ad Episcopum, & Capitulum pertinebat, ad Abbatem pertinet, & pertinere debeat.) Præsertim, quia non solum Abbas, verum etiam illius subditi à Rota pronuntiatur liberi, ac penitus absoluti à jurisdictione Episcopi, quo casu Abbas dicitur habere proprium

territorium, & diocesim ut in specie concludit Gemin. post Joan. de San. Georg. in cap. 2. col. 4. vers. Quæro an inferiores Prælati habeant territorium, atque ibi etiam Anchar. sub num. 10. vers. Si verò per privilegium, de consit. in 6. & sequitur DD. hic. In quo etiam constat de iustitia ejusdem sententiæ, quæ omnino convenit cum privilegio, ut ex illis verbis (Monasterium, &c. Territorium, &c. cum clero, populo, omnibusque personis tam ecclesiasticis, quam secularibus utriusque sexus ab omni dominio, iure, actione, &c. Episcopi Urbinate. perpetuò liberamus.)

Postremò, aliis omissis hoc ipsum concludenter probatur, quia cum Abbas consulisset S. Congregationem Concilii, an sibi liceret instituire concursus parochialium in suo territorio vacantium: Congregatio respondit ita demum hoc ius competere inferiori Prælato, si habeat omnimodam jurisdictionem episcopalem, nec alicui subdat, & sit immediatè subiectus Sedi Apostolicæ, nullius diocesis, proprium habeat territorium, habeatque ius congregandi Synodum, & legitime constitit illam congregasse, &c. Unde Abbas pro his qualitatibus iustificandis adivit Rotam, quæ postea inter cætera pronuntiavit ius instituendi concursus pertinere ad Abbatem in suo territorio; & sententia ipsa in rem iudicatam transiit. Quamobrem aperte convincitur ex sententia Rotali Abbatem esse in statu nullius diocesis; alias enim non verificata huiusmodi qualitate nullius diocesis minime potuissent ipsi Abbati adjudicari concursus, cum ex sententia S. Congregationis id ius non competat inferiori hanc qualitate non habenti.

Non obstat, quòd Rota pronuntiaverit Abbatem esse exemptionem, & quòd status exemptionis sit incompatibilis cum statu nullius diocesis, ex d. decis. 207. nam respondeatur exemptionem esse in duplici differentia; alia enim est simplex, & ordinaria, & hæc eximit à diocesi, ideoque est incompatibilis cum statu nullius, & de hac loquitur Rota d. decis. 207. Alia est exemptio plena, & absoluta, qualis est ista Abbatia Castellæ Durantis, & hæc eximit à diocesi, & constituit exemptionem in proprio territorio; ita in puncto distinguit, & declarat Abb. in d. Clem. Diocesanus, de vit. & honest. Cleric. Gemin. & Anchar. supra relati in d. cap. 2. de consit. in 6. atque eademmet Rota d. decis. 207. in fin.

Quarum specierum exemptionis meminit etiam Achil. decis. 360. & seq. quæ est 14. & 15. de privileg. Put. decis. 115. lib. 3. Angel. Sylv. & Tabien. in ver. Exemptio, in princ.

Rursum non obstat, quòd Martinus V. in Bulla prædicta suspensionis traderet novam exemptionis formam ipsa suspensione revocationis durante: nam primò respondeatur id repugnare tum verbis Bullæ, tum menti ipsius Pontificis. Verbis quidem, quia Papa ibi duo facit, primò absolute suspendit revocationem; per quam quidem suspensionem non est ambigendum Abbati fuisse restitutam priorem exemptionem ex privilegio Bonifacii competentem. Deinde non per modum limitationis, sed additionis, & augmenti superaddit (Volentes, & etiam ordinantes, ut dicta suspensio durante Abbatia non teneatur ad onera episcopalia, & sit immediatè subiecta Sedi Apostolicæ) quibus verbis patet Summum Pontificem non tantum resti-

tuisse Abbati primum privilegium, sed etiam addidisse exemptionem ab oneribus Episcopaliibus, cum particula illa, etiam, sit amplificativa, seu implicativa præcedentium. I. Conventiculum, ubi not. C. de Episcopis, & cler. Bar. in l. Sum quoz, num. 4. ff. de her. inst. esset enim omnino contra jurisdictionis naturam, ut per illam orationem, volentes, & etiam ordinantes, restitingeretur dispositio, quæ ex vi verborum ampliari deberet, & contra regulam l. Legata inutiliter, ff. de adim. leg. l. Titia, §. fin. de manum. testam. & l. Quod favore, C. de leg. cum concord. præsertim quia novatio privilegii non præsumitur, nisi de illa expresse caveatur. Anchar. cons. 161. num. 5. & latius Menoch. cons. 202. num. 13. & sequentiæ posterior concessio magis, vel minus contineat, quam prima, Menoch. ibidem num. 14. Mant. de tact. & ambig. convent. lib. 17. tit. 1. mon. 18. Et etiam huiusmodi intellectus contra mentem Martini, si quidem est omnino inverisimile, ut instante Cardinali Lucido pro restitutione privilegii amplissimi, eò quòd illius revocatio redunderet in maximum Abbatie detrimentum; Papa, qui in specie asserit se ad hæc moveri tum alitis de causis, tum ob dicti Cardinalis benemerita, non concedat deinde nisi nudam, & purissimam exemptionem absque ulla jurisdictione etiam civili sine beneficiorum collatione, atque aliis pluribus, quæ in priori privilegio continebantur. Quod etiam pugnat cum observantia immediatè subiecta: nam Abbates fuerunt semper in pacifica possessione saltem cognoscendi causas civiles, & criminales, beneficia conferendi, &c. ut probatur inter cætera ex sententia Rotæ, qua diffinitur privilegium Bonifacii esse observatum, atque observandum.

Neque obstat, quòd alia dicta verba volentes, &c. essent superflua, eò quòd cum Abbatia esset jam subiecta Sedi Apostolicæ, super vacante fuisse illam rursus subiecte, Nam respondeatur id vel factum esse ad abundantiorum cautelam, vel quia cum in privilegio Bonifacii nulla fieret expresse mentio de exemptione Abbatis ab oneribus episcopalibus, superfluum non fuit eundem claris verbis eximere, & quoad hoc immediatè subiecte Sedi Apostolicæ. Vel demum quia cum in privilegio Bonifacii subiecta Sedi Apostolicæ monasterium, atque illius personæ; poterat dubitari an per hæc verba Clerus quoque, & populus censerentur subiecti per ea, quæ habentur in cap. Per exemptionem, de privileg. in 6. Quæ difficultas fuit sublata per Bullam revocationis Martini V. in qua non modò monasterium, verum etiam populus, & Clerus speciatim Sedi Apostolicæ subijciuntur ac proinde verba illa volentes, & etiam ordinantes, retinent propriam naturam etiam quoad hoc, ut novam dispositionem inducant, iuxta gloss. in d. cap. fin. in ver. Respondemus, de verb. signif. in 6. atque alios superius citatos.

Postremò quicquid sit de meritis causæ, pro Abbate stat res iudicata, quæ omnem tollit difficultatem. Sed hæc dicta sunt ut etiam liqueat de non iure Archiepiscopi. Ex quibus videtur respondere Abbatiam esse verè in statu nullius Diocesis. Et ita S. Congregatio respondit, ut dixi in cap. Nullus, num. 20. & seq. infra de Paroch. Hodie Ecclesiæ hæc Castellæ Durantis est Episcopalis

palis sub titulo Urbanæ: nam SS. D. N. Urbanus VIII. die 18. Februarii 1636. in Conlitorio Ecclesiam S. Angeli in Vado ad Metaurum, quæ nobis patria dilectissima est, & dictam Ecclesiam Caltri Durantis in cathedrales æque principaliter unitas, & utrumque oppidum in civitatem erexit.

43 Porro Abbates, Priores, Præpositi, & Archipresbyteri, quibus hodie dispensationes, & alia rescripta Apollolica Dataria, & Cancellaria diriguntur, sunt infra scripti, videlicet.

Abbas Montis Cassinensis, Ordinis S. Benedicti nullius Diocesis Provincia Capuan.

Abbas monasterii S. Mariz Farsen. Ordinis sancti Benedicti nullius Diocesis in districtu Urbis.

Abbas monasterii S. Sylvestri Terræ Nonantule Ordinis S. Benedicti nullius Diocesis Provincia Ravennaten.

Abbas monasterii Sanctorum Vincentii, & Anastasii ad Aquas Salvias Cislercens. Ordinis Trinum Fontium nuncupatus propè & extra mœnia urbis nullius diocesis.

Abbas monasterii S. Salvatoris majoris nuncupatus Ordinis S. Benedicti in districtu urbis nullius diocesis.

Abbas monasterii Montis Virginis Ordinis sancti Benedicti nullius diocesis Provincia Beneventan.

Abbas monasterii Sanctissimæ Trinitatis Capven Ordinis S. Benedicti nullius diocesis Provincia Capuan.

Abbas monasterii S. Christophori Terræ Castri Durantis Ordinis S. Benedicti nullius diocesis Provincia Urbanaten. Hodie est cathedralis, ut prædixi.

Abbas monasterii S. Mariz Oppid. Pinaroli Ordinis S. Benedicti nullius diocesis Provinciae Taurinen.

Abbas secularis, & collegiæ Ecclesie S. Petri oppid. de Lerma nullius diocesis Provinciae Burgen.

Abbas monasterii S. Mariz de Cadolla nullius diocesis Provinciae Salernitan.

Abbas monasterii S. Michaelis de Cuizano nullius diocesis Provinciae Tarraconen, S. Benedicti, seu alterius Ordinis.

Abbas monasterii de Salagon nullius diocesis Provinciae Compottellan. Ord. sancti Benedicti.

Abbas monasterii SS. Trinitatis, Ord. S. Benedicti nullius diocesis Provinciae Reghien. hoc monasterium fuit unitum collegio Græcorum de Urbe, & hodie huic literæ Apollolicæ non committuntur.

Prior monasterii per Priorem gubernari soliti S. Laurentii propè padulam Carthusien. Ord. nullius diocesis Provinciae Salernitan.

Prior Prioratus S. Jacobi de Spacha nullius diocesis Provinciae Compottellan.

Prior Prioratus sancti Benedicti Militiæ, & Villæ de Alcantara nullius diocesis Provinciae Compottellan. cui ex indulto Urbani VIII. tantum committuntur matrimoniales, non autem beneficiales.

Prior Prioratus de Veles nullius diocesis Provinciae Ioletan.

Prior Prioratus de Magazela militiæ de Al-

cantara nullius diocesis Provinciae Compottellan.

Præpositus Ecclesie S. Mariz Terræ Piscie nullius diocesis Provinciae Florentin.

Præpositus Ecclesie Beatæ Mariz Terræ Arteni nullius diocesis Provinciae Theatin.

Præpositus secularis Ecclesie S. Deodati Oppid. eiusdem S. Deodati nullius diocesis Provinciae Treveren.

Archipresbyter secularis, & Collegiæ Ecclesie S. Petri oppid. Aggerin. nullius diocesis Provinciae Tarraconen.

In commissionibus tamen, quæ diriguntur Abbatibus, Prioribus, Præpositis, & Archipresbyteris supra dictis non admittitur supplicatio nisi fuerit concepta his verbis, videlicet (Supplicatio igitur humiliter S. V. Oratoris prædicti quatenus Abbas monasterii N. Ordinis sancti N. nullius diocesis Provinciae N. particulare, ac separatim territorium, ac jurisdictionem in quali episcopalem in dicto loco exercenti, etiam si de illis personis non sit, quibus similes causæ per Sedem Apollolicam committi consueverunt, committere, & mandare, ut cum eisdem Oratoribus dispensent.) Expositum eadem verba reperitur in dispositiva litterarum: exceptis tamen Abbatibus Cassinensibus, & Farsensibus, quibus sunt commissiones absque prædicta clausula, & adjectivo, sive eim Vicario, quod tamen non fit cum aliis. Abbas verò Sublacen. non reperitur adnotatus inter alios, & illi non consueverunt committi nisi matrimoniales, &c.

DE FORO COMPETENTI.

Cap. Ex parte.

S V M M A R I V M.

- 1 Miserabilis persona potest laicum interdictio vnde vi, coram iudice ecclesiastico convenire, etiam si res subtrahatur dicatur feudalis.
- 2 Miserabilis persona habent electionem fori, & possunt convenire adversarios suos etiam in Curia Principis.
- 3 Papa licet sit Ordinarius singularum, tamen causas ab Ordinariis non advocat sine iusta, & rationabili causa.
- 4 Deum regie infima per inferiores Angelos, media per Superiores, suprema per seipsum.
- 5 Papa explet minima per Plebanos, & alios inferiores, media per Episcopos, & suprema per seipsum.
- 6 Causa miserabilis persona, qua juxta Canonicas sanctiones tractari debet in Curia, ut valide committatur, an requirit subscriptionem Papæ, & num. seq. usque in finem.
- 7 Tridentinum Concilium sess. 24. cap. 20. expenditur.
- 8 Papa subscriptio in causis advocandis ab Ordinariis in prima instantia quando requiritur. ibidem. & n. seqq.

Pupilli

10 Pupilli causa, maxime supposita perherescentia, apud Principem tractari debet.

11 Causa, in qua agitur de interpretacione litterarum Apollolicarum, apud Sedem esse cognoscenda.

12 Signatura Justitiae commisso sufficit in causis, quæ in Curia tractari debent.

EX PARTE. Miserabilis persona potest Laicum interdictio vnde vi, coram iudice ecclesiastico convenire. Hoc dicitur, secundum Joan. Andr. & omnes. Adit Abbas Siculus etiam si res subtrahatur dicatur feudalis.

Nota primò ex hac Decretali miserabilem personam, qualis erat hæc Vidua Regina Angliæ, posse convenire laicum in foro Ecclesie, etiam si iudex ecclesiasticus alias in causa illa non sit iudex competens. Concordat textus in cap. Significantiibus, inducendo illum, ut ibi dixi num. 43. & 62. & 85. supra de Offic. Delegat. & in cap. Super quibusdam, in fin. ibi (Item viduis, pupillis, orphanis, & personis miserabilibus tenentis in iudicio ecclesiastico respondere) infra de verb. significat. habent enim tales electionem fori, & possunt adversarios suos convenire etiam in curia Principis, præsertim si illorum potentiam perherescent, ut est textus celebris in l. unica, & ibi sermientes omnes, C. Quanto Imperat. inter pupill. & viduam. & scripti latissime in d. cap. Significantiibus. Et hæc est una ex causis, quæ juxta Canonicas sanctiones in curia sunt tractandæ ad præscriptum Concilii Tridentini cap. 20. vers. Ab his excipiuntur cause, sess. 24. Quemadmodum respondit Sebastianus Vantius Episcopus Urbevetanus, qui una cum gravillimis Jurisconsultis, & Rotæ Auditoribus à Sac. Congregatione Concilii de mandato fan. mem. Gregor. XIII. hac de re fuit consultus, ut dixi in cap. Licet, il secundo, à num. 3. maxime num. 35. infra eodem. Nam regulariter non solet Papa se immiscere in causis ad Ordinarios pertinentibus: quamquam enim sit Ordinarius singularum, nec ulli fas sit illius forum declinare, cap. Cuncta per mundum, 9. quest. 3. gloss. ult. in d. cap. Licet, infra eod. & in cap. Cum nullus, in per. in eadem, de tempor. ordinat. lib. 6. Cum Papæ jurisdictioni non retringatur ad limites alicujus territorii, ut post Innoc. in cap. 1. num. 24. & Butr. ibi, num. 31. supra de Offic. Delegat. Dicit Marianus Socin. in cons. 237. Difficultatem, num. 1. col. 2. tamen causas ab Ordinariis locorum ad se non advocat sine iusta, & rationabili causa, cap. per principalem, 9. quest. 3. Idque iure optimo: nam, ut inquit Beatus Dionysius de Ecclesiastica Hierarchia, cap. 6. (Nostra Hierarchia à Deo traditis Ordinibus sanctè disposita sanctis, & cœlestibus Hierarchiis conformis est) & notat Holtien. in cap. Cum contingat, num. 6. de acat. & qualitate. Et Ecclesia militans exemplata est divinitus à triumphante, ut dicit gloss. in Clem. fin. in ver. Ecclesia de hereticis. Unde quemadmodum Deus optimus maximus regit infima per inferiores Angelos, media per Superiores, & suprema per seipsum, ut docet S. Thomas; ita Romanus Pontifex, qui non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in terris, cap. Quanto de translat. Episc. & à quo tantquam à fonte omnis per Ecclesiam jurisdictioni diffunditur, cap. Loquitur Domi-

nus, 24. quest. 1. cap. 1. 22. distict. Minima explet per Archidiaconos, Plebanos, & alios inferiores, cap. 1. & cap. Ad hæc, de Offic. Archid. cap. 1. & cap. fin. & ibi gloss. in ver. Sua, de Offic. Arch. presby. cum similibus. Media per Episcopos, qui sunt vocati ab Ecclesia Romana in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis, cap. Quis se sit, & cap. Decreto, 2. quest. 6. dixi in cap. Verius scilicet, num. 31. supra de offit. Ordinar. Majora per seipsum, ut cap. Nec licent, 17. distict. finit. cap. Maiores, de Baptismo, cap. 1. de translat. Episcop. cum concordantibus. Unde à Tridentina Synodo providè cautum est, ut causæ omnes ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes coram Ordinariis locorum in prima instantia cognoscantur, & terminentur, & si quas Romanus Pontifex ex urgenti, rationabilique causâ duxerit committendas, aut advocandas, id fiat per speciale rescriptum signaturæ Sanctitatis manu subscribendum, ut in Decreto, cap. 20. sess. 24. de quo plura scripsi in cap. Licet, à num. 30. usque in finem, & in cap. significati, num. 31. infra eodem.

7 Hic QUÆRO, An requiratur subscriptio Papæ ad hoc ut causa miserabilis persona, quæ juxta Canonicas sanctiones tractari debet in curia, valide committatur.

8 Cum Ludovica de Corduba esset in possessione hereditatis paternæ, Gundisalvus de Cardena objecit illi quod illegitima esset, ac propterea incapax hereditatis, non obstante quòd eius parentes obtinissent à Clemente VIII. dispensationem ad contrahendum matrimonium, sed quia quæstio nativitatis ad secretum Canonum præscriptum coram iudice ecclesiastico dumtaxat tractanda erat juxta constitutionem Alexandri III. relatum in cap. Lator, qui filii sint legitimi. Ludovica minor ætate perherescentis in partibus litigare cum adversario poterit obtinuit à Signatura Justitiæ, ut causa in Rota committeretur: cui quidem commisso non adversarius opposuit, quod non fuerit subscripta manu Papæ, quemadmodum præscribitur Decreto Concilii Tridentini, cap. 20. sess. 24. in causis, quas in prima instantia Summus Pontifex ab Ordinariis advocandas judicaverit, atque hoc prætextu causam ad Concilium Regium defendendam curavit.

Itaque consultitur Sacra Congregatio an ejusmodi commissioni obijci possit vitium nullitatis, propterea quòd manu sanctissimi subscipta non fuerit.

Videtur respondendum negativè: nam Decretum d. cap. 20. primò statuit, ut causæ ad forum ecclesiasticum pertinentes coram Ordinariis locorum in prima instantia cognoscantur, & terminentur: deinde excipit duo genera causarum his verbis (Ab his excipiendæ causæ, quæ juxta Canonicas sanctiones apud Sedem Apollolicam sunt tractandæ, vel quas ex urgenti, rationabilique causâ judicaverit Summus Romanus Pontifex per speciale rescriptum signaturæ Sanctitatis sua manu propria subscribendum committere, & advocare.) Atque ita subscriptio Papæ non requiritur nisi in secundo casu, Præfens autem causa secundum ea, quæ proponuntur, apud Sedem tractari debet; atque ita est in primo casu duobus fundamentis.

Primò